

mutilatum non abrasum, perfectum; erroribus careat, error in nomine dioecesis reddit rescriptum nullum, et error manifestus latinitatis reddit rescriptum de falsitate suspectum.

Præsentatio in rescriptis iustitiæ

Fieri debet intra annum, si hoc tempore copia iudicis habeatur; aliter post annum regulariter valet secundum rescriptum ab alia parte obtentum, de primo nullam faciens mentionem.

Præsentatio in rescriptis gratiæ.

Quoniam rescripta gratiæ sunt perpetua, in quocumque tempore possunt præsentari.

Regula communis qua statuitur, secundum rescriptum in eadem causa, et inter easdem personas non derogare primo.

Ratio huius regulæ est, quia secundum rescriptum censetur subreptitium ob præsumptam in obtinendo concedentis circumventionem: Qui prior est tempore potior est iure.

Rescripti executio iuxta eiusdem formam substantialem est perficienda.

Alias ob defectum iurisdictionis acta forent attentata nullamque obtinerent firmitatem.

Clausulæ appositæ in rescriptis, et quæ licet appositæ non sint necessario subintelliguntur voluntati.

Sunt nempe duæ sequentes: *Salvo iure alterius, et si ita est*; ex prima declarat Pontifex, de non tollendo ius quaesitum; ex secunda declarat, si vera sunt exposita, si preces veritate nitantur.

Antiquam quaestionem an obreptio, vel subreptio vitiet rescriptum.

Innocentius III diremit quaestionem instituendo distinctionem, an narrata falsitas, vel occultata veritas per malitiam et dolum; in hoc casu rescriptum vitiat in toto, quia iure Romanorum mendax preceptor carere debet impetratis et iure canonico fraus et dolus alicui patrocinari non debet; casu, vero quo falsitas narrata vel veritas occultata est talis, ut Pontifex ea cognita, rescriptum non dedisset, rescriptum vitiat, quia est contra concedentis voluntatem; si vero rescriptum dedisset, incolume manet, quia voluntati congruit concedentis, a quo vim rescriptum sortitur.

Rescripta obreptitia et subreptitia gratiosa et beneficalia

Ipo iure nulla habentur; quia in rescriptis gratiæ negotium statum terminatur, et ius acquiritur impetranti.

Rescripta iudicialia

Non sunt ipso iure nulla, quia in rescriptis iusti-

tiae negotium per iudicem est terminandum, post causæ cognitionem.

Totum rescriptum corrumpit, quia accessorium sequitur suum principale, si adsit vitium in capite principali. Si vero cadit in capite secundo rescriptum pro parte non vitiat sustinetur. Utile per inutile non vitiat, si hoc minus principale caput possit a principali separari et hoc per se subsistere.

Mors concedentis aut impetrantis, renuntiatio et revocatio.

Si res est adhuc integra, quia iurisdictione in concedente manet, donec rescriptum ab exequutori acceptetur et executioni mandetur; si priusquam hæc fiat, concedens moriatur, moritur cum ipso iurisdictione et rescriptum: ante mortem concedentis si acceptetur rescriptum, et citatio fiat, rescriptum fit perpetuum, et iurisdictione non revocatur; idem de rescriptis gratiæ quæ gratiam faciendam continent.

Hæc rescripta, etiam re integra, per mortem concedentis non expirant, sed sunt perpetua; quia in hac specie habetur ius iam parti quaesitum.

Expirant rescripta ad beneficia et privilegia personalia; verum rescripta iustitiæ, privilegia realia ad hæredes transeunt.

Quia in legibus unicuique permissum est beneficio in sui tantum favorem introducto renunciare.

Quia quod prius expedire visum fuit, postea detectum est bono publico, vel privato obviare.

De Traditione.

Ius non scriptum, quod ab Apostolis, eorumque successoribus viva voce traditum, et Ecclesiæ observatum consensu, quasi de manu ad manum transmissum, usque ad nos pervenit.

lia, obreptitia et subreptitia

Rescriptum habens plura capita, et obreptio vel subreptio ex ignorantia et simplicitate tantum in unum cadat.

Rescriptum destituitur robore tribus modis qui a Doctoribus numerantur.

In morte concedentis expirant rescripta iustitiæ

Rescripta quæ gratiam factam involvunt.

In morte impetrantis

Rescripta expirant renunciatione illius cuius favori concessa fuerunt.

Rescripta expirant a revocatione a concedente vel eius successore facta.

Traditio definitur

Causa ob quam ius traditionis introductum et conservatum fuit.	Quia non omnia scripta fuere, quae fecit Christus et docuit, neque omnia, quae Ecclesia praecepit ac constantissime observavit, libris consignata sunt.
Traditio divina.	Deum habet auctorem et pars est divinae revelationis.
Traditio divinam scripturam antecedit.	Nam dogmata religionis a Christo ore tenus tradita, ab Apostolis ore tenus praedicata et ab Ecclesia illibate servata fuerunt, prius quam scriptis mandarentur.
Auctoritas traditionis est tanta quanta SS. Scripturarum.	Qui traditionem non admittit, vel contemnit, a Concilio Tridentino anathema percipitur.
Traditio humana	Ab Ecclesiae Praesulibus descendit, nempe ab Apostolis, vel eorum successoribus, qui morum regulas primum praedicatione, deinde scripturis tradidere.
Traditio ecclesiastica	Tantam habet vim, quantam habent leges ab iisdem auctoribus constitutae.

De Consuetudine.

Consuetudo est	Ius non scriptum, et moribus institutum, quod pro lege suscipitur.
Consuetudo post legem naturalem initium sumit.	Ex quo homines in unum convenientes inceperunt simul habitare.
Consuetudo a lege scripta differt.	Quia lex scripta promulgatur, consuetudo vero paulatim obtinet ex tacita promulgatione Principis, et expressa populi consensione.
Consuetudo a traditione differt.	Quia traditio obligat, et ius antiquum supponit; consuetudo non obligat, nisi sit legitime praescripta et ius novum introducat.
Consuetudo a praescriptione differt pluribus modis, praesertim	Quia praescriptio ab aliquibus hominibus formata ius reddit particulare, consuetudo vero a populo introducta ius generale constituit.
Consuetudo generalis	Instar legis est universalis, a qua differt tamquam tacitum ab expresso.
Consuetudo particularis	Vim habet statuti localis, sive legis municipalis.

A qua determinatur interpretatio ipsi legi tribuenda.	Consuetudo secundum legem
Est quae in his casibus procedit, qui a iure scripto decisi non sunt.	Consuetudo praeter legem
Est qua lex scripta, vel usu non recipitur, vel recepta denuo abrogatur, et tollitur.	Consuetudo contra legem
Nempe ut sit: rationabilis, admissa, observata et approbata.	Ad consuetudinem legitime praescribendam plures requiruntur conditiones.
Quae non adversatur iuri divino, naturali aut canonico.	Consuetudo rationabilis est
Consuetudo admittitur per actus frequentes, voluntarios, uniformes, et publice ab hominibus emissos qui communitatem componunt cum voluntate se obligandi.	Consuetudo a populo debet esse admissa.
Quia non illico, sed paulatim introducitur, et denique perficitur: appellatur usus inveteratus, usus longaevus, usus ab antiquis probatus atque servatus.	Consuetudo per diuturnum tempus observata debet esse.
Quia cum consuetudo vim legis habet, nisi per legislatoris voluntatem introduci nequit.	Consuetudo a superiore per eius consensum expressum vel tacitum, approbata esse debet.

Nunquam praesumitur sed illi onus probandi incumbit, qui eam allegat.	Consuetudo in facto consistens
Ut legitime praescripta obliget, quia ius novum inducit, ut legem prius latam interpretetur: <i>Optima est legum interpretis consuetudo</i> ; ut legem prius latam abroget.	Consuetudinis effectus sunt
Per aliam consuetudinem contrariam, vel per legem.	Consuetudo abrogatur

De Personis.

Personarum nomine quandoque intelligebatur tantum maiores inter clericos.	Iure canonico antiquo
Quilibet intelligitur homo sine distinctione, inter liberum et servum inter maiorem et minorem.	Usu factum est, ut personae nomine
In fideles et infideles.	Iuxta sacros canones personae dividi possunt

Fideles vocantur	Qui per lavacrum Baptismatis fuerunt ad novam Christi vitam regenerati.
Infideles vocantur	Qui sine Baptismate extra Ecclesiam iuxta leges gentium vivunt, ut sunt Hebraei et pagani.
Iuxta sacros canones personae dividi possunt	In clericos et laicos haec praecipua divisio est.
Clerici a graeco vocabulo appellati quod sortem et haereditatem significat	Illi sunt, qui ab Episcopo ordinati, et divino mancipati officio, aliquod in Ecclesia exercent ministerium, quique propterea in sortem et haereditatem Domini electi sunt.
Laici a voce graeca, quae populum significat	Illi sunt, qui nullo peculiari ecclesiastico munere addicti Ecclesiae populum constituunt.
Orthodoxi qui etiam Catholici et Christiani dicuntur	Sunt qui veram et integram Catholicam fidem sub uno visibili Ecclesiae Capite Romano Pontifice profitentur.
Heterodoxi, haeretici, schismatici	Sunt qui ab Ecclesiae unione recesserunt, et errores ac schismata ab Ecclesia damnata sequuntur.
Neophyti appellantur	Qui ab infidelitate egressi recenter baptizati fuerunt.
Cathecumeni.	Sunt qui S. Baptismum petierunt, sed nondum receperunt, qui tamen ad ipsum Baptismum recipiendum in fidei doctrina exercentur.
Cathecumeni non sunt veri Christi fideles.	Quia in Ecclesiam per Baptismi ianuam nondum sunt ingressi.
Laici orthodoxi Ecclesiae membra sunt et filii.	Proinde in spiritualibus tenentur omnino canonum statutis obtemperare.
Clerici dividuntur	In maiores, ut Episcopi; inferiores, ut simplices Sacerdotes; regulares, qui in claustris, et saeculares, qui extra claustrum vivunt; constituti in ordine sacro et non sacro; Clerici proprie et improprie.
Clerici proprie	Sunt omnes qui ad Ecclesiasticam hierarchiam pertinent.
Clerici improprie	Sunt qui sine tonsura habitum clericalem deferunt.
Ad Clericos improprie dictos plures referunt, qui interdum clericorum privilegiis, favoribusque donantur.	Ut sunt Monachi professi nullo ordine insigniti, probatarum Religionum Novitii et Regularium Conversi qui monasteriis addicuntur, ut a chori obligatione soluti in temporalibus eorundem ministeriis occupantur.

In eo quod Conversi et non oblatis, professionem solemnem emittunt, illi habitum Religionis assumunt, isti habitum diversum retinent, ac praecedente bonorum donatione, monasterio se dant, ut procul a mundanis curis queant Deo in pace et quiete servire omnibus diebus vitae suae.

Conversi differunt ab Oblatis

Sunt qui variis mendicantibus Religiosis consociantur.

Tertiarii

Quia non ad religiosos, neque ad conversos pertinent, sed ad alium tertium ordinem aut a Religionis fundatore institutum, aut post foundationem a SS. Pontificibus probatum.

Tertiarii dicuntur

Nempe Tertiarii, qui vivunt domi suae, qui vivunt in coetu et qui religionem constituunt.

Tertiarii, in iure tres species sunt recognitae.

Privilegiis clericorum fruuntur.

Tertiarii in congregatione et communitate viventes

Privilegiis clericorum non fruuntur.

Tertiarii qui seorsum ab aliis in propriis domibus vivunt

Quatenus quibusdam fruuntur clericorum privilegiis ut fori et canonis et harum occasione Novitiae, Conversae et Tertiariae.

Ad conditionem clericorum improprie dictorum revocantur Moniales.

De communibus Clericorum Iuribus.

Multo ampliora, quam laici, habent iura et onera multo graviora, ne sit honor sublimis et vita deformis ut S. Ambrosius aiebat.

Clerici qui quanto magis fuerunt elati in honore, tanto magis fidelibus debent leges sibi constitutas observare.

Nempe ad praerogativam ordinis et iurisdictionis, ad privilegium fori, canonis competentiae, ad exemptionem ab oneribus et muneribus publicis.

Iura clericorum ad tria capita possunt revocari.

Soli clerici capaces sunt actuum ordinis respectivi, qui si ab aliis emittantur, non tantum sunt illiciti, sed invalidi: ut ordinare, confirmare, etc. censuras edere, in beneficiis instituere.

Circa praerogativam ordinis et iurisdictionis.

Circa privilegium fori, et competentiae.

Ob hoc privilegium clerici nequeunt sive volentes sive inviti in iudicium saeculare convenire, aut a saeculari iudice puniri.

Iure communi inspecto privilegium fori generale est

Omnes comprehendens clericorum causas tam criminales quam civiles, tam personales quam reales, tam in actione proprietatis quam in actione possessionis.

Privilegium fori est absolutum.

Nam clericus neque iureiurando potest eidem renunciare, quia non fuit introductum in favorem privatarum personarum, sed ad bonum publicum et favorem totius ecclesiastici ordinis.

Ob privilegium canonis nequeunt in clericum violentae manus inferri.

Si quis, suadente diabolo in clericum, vel monachum violentas manus iniecerit, anathematis vinculo subiaceat.

Incidit in canonem fori.

Qui clericum occidit, aut vulnerat, aut percutit, vinculis constringit, publica vel privata custodia detinet vel alia actione externa iniuriosa et violenta in materia gravi voluntarie laedit, qui mandat, consulit auxilium praebet, ut praedicta fiant effectu sequuto, qui ratam habet clerici percussorem, offensionem suo nomine factam.

Non incidit in canonem fori.

Qui clericum percutit ex levitate iocosa, ratione officii et gratia correctionis, causa defensionis sui ipsius, rerum suarum, honoris, qui clericum non agnatum ut clericum, percutit, aut ob reprobam agendi rationem fori privilegio legitime privatam.

Poenam in clericorum percussores pronunciata

Est excommunicatio S. Pontifici reservata.

Dantur aliqui casus in quibus Episcopus potest absolutioem impertiri.

Si percussio sit levis, non gravis, non enormis.

Ob privilegium competentiae

Clerici nequeunt propter debita in carcere detruudi aut excommunicari.

Clerici exemptionem a publicis officiis, sive muneribus habent

Ut a gerendo magistratu saeculari, ab exercendo officio advocati, officio procuratoris in causis civilibus, a retinendo officio tabellionis, notarii publici, a ferendo testimonio coram iudice laico, a suscipienda et gerenda tutela, et probabiliter a gerendo munere executoris testamentarii.

De Communibus Clericorum Oneribus.

Sunt exemplum virtutis et speculum sanctitatis. « Sancti estote ».

Mores adeo intermerati in clericis requiruntur.

« Quia tu scientiam repulisti, repellam te ne Sacerdotio fungaris mihi ».

Doctrina et scientia requiritur in clericis.

Iuxta Gregorii IX praeceptum clerici se in officiis ecclesiasticis, et in aliis bonis studiis exerceant diligenter, in Sacra Scriptura, in Theologia, praecipue morali, in iure canonico.

In clericis potissimum necessaria est scientia.

Ut sancti sint anima et corpore, cum sit continentia de meliori bono, magis clericale, ac sacrum ministerium deceat. Agni immaculati et veri Dei ministri, ac praesertim illi, qui accipiunt angelorum panem in sanctas ac venerabiles manus suas debent nitere.

Castitas sive continentia omnibus clericis observanda proponitur, sed iis, qui sunt in sacris constituti, sub gravibus poenis praecipitur.

Obedientia clericorum indicatur ab Apostolo « Obedite praepositis vestris »; sancitur a Clemente Papa qui clericos Episcopo inobedientes efficit infames; et promittitur ab unoquoque sacerdote in sua ordinatione. « Promittis mihi.. obedientiam ». — Promitto.

Obedientia Episcopo a clericis est debita.

Sive procedat ut iudex, sive communem iuris formam servet, sive agat ex informata conscientia.

Clerici Episcopo iuste imperanti obedire omnino tenentur

Cum de occulto personae crimine conscius et certus, in casu difficilis probationis, aut non decentis manifestationis, extrajudicialiter, et sine processu, censuram suspensionis contra aliquem clericum pronunciat vel prohibet, ne ad maiores ordines ascendat.

Dicitur Episcopus agere ex informata conscientia

Electo modo procedendi ex informata conscientia, idem Episcopus non cogitur censurae vel prohibitionis causam manifestare.

Procedendi modus ex informata conscientia quandoque Episcopo permittitur.

Quod praelatos regulares et saeculares deputat, ut valeant interdicerere promotionem ad ordines; et ab ordinibus, gradibus et dignitatibus ecclesiasticis, immo et ab audiendis confessionibus etiam regulares su-

Facultas procedendi ex informata conscientia Episcopo concessa fuit a Tridentino